



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

42. Quomodo mulier dæmoniaca liberatur per Dinum Bernardum, qui sacram patenam, cui corpus Dominicum imposuerat, obsessæ capiti superimponens per terribilem creatoris præsentiam dæmonem migrare ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

& repleuit caelesti pabulo Christi mensana. Tunc rursus homo prostratus, deprecatus est Deum, vt dignaretur ipse iterum verti in pristinam speciem. Qui expleta oratione surgens à terra, inuenit corpus Christi in formam remeasse priorē, vti deprecatus fuerat. Et, ô mira omnipotentis dispensatio, qui ob vnius desiderium ita se præbere dignatus est visibilem, non in figura agni, vt alijs quibusdam sub hoc mysterio, sed in forma pueri, quatenus vt veritas patesceret in ostenso, & sacerdotis desiderium impleretur ex miraculo, nostraq; fides firmaretur ex relatu. Veruntamen non prius idem communicasse pueri corpus & sanguinem legimus, quàm rediret in prioris formæ speciem, ne absurdum videretur, quod præsumpserat, & fides vberius requiratur interius in eodem, quod exterius visu conspexerat.

*Ex lib. 2. cap. 3. vitæ S. Bernardi per Abbatem Guilelmum conscriptæ. Mulier damoniaca liberatur per D. Bernardum, qui sacram patenā, cui corpus Dominicum imposuerat, obsessæ capiti superimponens per terribilem creatoris præsentiam demonem migrare compellit.*

## CAP. XLII.

**I**Nter eos, qui vexabantur mulier grandæua, ciuis Mediolanensis, & honorata quondam matrona vsque ad Ecclesiam B. Ambrosij post beatum virū à multis tracta est. In cuius pectore pluribus annis diabolus federat, &

84 COLLATION. SACRAR.  
iam ita suffocauerat eam, vt visu & auditu,  
verbo priuata, frendens dentibus, & lingua  
in modum promuscidis elephantine pro  
dens, monstrum, non scemina videretur. Si  
dida ei facies, vultus terribilis, flatus foetidus  
inhabitoris sathanæ colluua testabatur.  
Hanc cum adspexisset vir Dei, nouit in hanc  
tem ei, & inuisitum Diabolū, nec facile egre  
surum de domo, quam tanto possederat no  
pore. Conuersus ad populum (cuius in nu  
ra aderat multitudo) orare iubet attentius  
clericis & monachis secum iuxta altare alle  
tibus, mulierem ididem iubet constitui & re  
neri. Illa verò reluctans, & vi diabolica  
naturali virtute recalcitrans non sine aliena  
iniuria, ipsum Abbatem pede percussit. Quo  
diaboli ausum mansuetè ille contempsit,  
expulsionem non indignatione iræ, sed pi  
fica & humili supplicatione DEVM in  
adiutorem, & ad immolationem hostie  
taris accedit. Quoties tamen eandem hostiam  
sacram signat, toties ad mulierem quoque  
uersus, eodem signo crucis edito spiritum  
quam athleta fortis impugnat. Nam vt  
malignus, quoties aduersus eum signum  
cis intenditur, percussum se indicans ac  
savit, & recalcitrans contra stimulum qui  
toleret, prodit inuitus. Expleta autem ora  
ne Dominica, efficacius hostem aggreditur  
vir beatus. Patenæ siquidem calicis sacra  
Dom

Domini corpus imponens, & mulieris capiti  
surperimponens, talia loquebatur: Adest ille,  
qui pro nostra salute passurus: nunc, inquit,  
princeps huius mundi eiicietur foras. Hoc il-  
lud corpus quod de corpore virginis sumptū  
est, quod in stipite crucis extensum est, quod  
in tumulo iacuit, quod de morte surrexit, qđ  
videntibus discipulis ascendit in cælum. In  
huius ergo maiestatis terribili potestate, tibi  
spiritus maligne præcipio, vt ab hac ancilla e-  
ius egrediens, contingere eam deinceps non  
præsumas. Cumque eam inuitus deserens, &  
manere vltra non valens atrocius affligeret,  
tam manguam iram quàm modicum tempus  
habens, rediens pater sanctus ad altare, fractio-  
nem hostiæ salutaris citè compleuit, diffun-  
dendamque in populum pacem ministro de-  
dit, & confestim pax & salus integra reddita  
est mulieri. Sic ille nequam diuina mysteria  
quantè sint efficientiæ & virtutis, non confes-  
sione, sed fuga coactus ostēdit. Fugato diabo-  
lo mulier, quam in tantorū sartagine tormen-  
torum carnifex pestilens tanto tempore frixe-  
rat, mentis suę compos effecta, redditis sensi-  
bus & ratione, reuoluta intra fauces lingua  
Deum confessa, gratias egit, & intuita cūrato-  
rem suum pedibus eius aduoluta est. Ingens  
per Ecclesiam attollitur clamor, omnis ætas  
iubilat Deo, personant æramenta, benedicitur  
ab omnibus Deus, excedit veneratio modum,

& seruum Dei supra hominem (si dici fas est) liquefacta charitate ciuitas veneratur.

*Thomas à Cunctipraco lib. de apibus cap. 63. qui in anno 1467. De. S. Eucharistia, que à terra sua virtute sublimata per aëra ferebatur in altare, demq; in specie venusti ipsi pueri apparuit, at inde in faciem christi spineam habentis corpus & cruciatam transformata est.*

## CAP. XLIII.

**O**ppidum Duacense amplum & magnificum est inter Cameracum & Atrebatum nobilissimas ciuitates. Hic in Ecclesia Canonorum sancti Amati Episcopi, cum sacerdos Pascha communicato populo corpus Christi super terram stupidus inuenisset, & genibus flexis eleuare tentasset, mox per se in aëra sublimatum, panniculo, quo consecratos dignoscitur sacerdos detergere solet, inhæsit. Clamans tunc sacerdos, canonicos vocat, accurruntque spectant in panno corpus viuificum in speciem faciei venustissimi pueri, & mox conuocato populo ad spectaculum præsentatum & inuoluerenter nulli tanta calitus visio denegatur. Hæc cum audissem, fama vulgante veni in oppidum, quod prædixi, accessi ad Decanum Ecclesie, cui optimè notus eram, petij videre miraculum: annuit ille, præcipit vt fieret, appropinquat theca, concurrunt populus, moxq; vbi perire uoluitur, clamant omnes: Ecce iam video, ecce conspicio Saluatorem, Stabam ego attendo.